CASSIODORUS

Zwettl 4. Viertel 12. Jh.

Seite 121r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

bat mundi principium esse subiectis iura dictare: na
tiones exteras bello subigere: sed tota contemplatione
trinitatis curiosius expetebat. In principali intellec
tu statuit. qui in regni culmine continetur. Confirma
me dixit: ne iterum peccem: ne a te animae mutabilita
te discedam. Hec in cassum putemus. quod uir sanctus et cor
dis illuminatione radiatus tertio spiritum nominauit.
Non quia indiuidue trinitati deuotus concedi sibi ab ea ue
niam postulauit. Spiritus enim quantum ad essentiam diuini
tatis et pater et filius recte dicitur unus deus. Sed per distincti
one personarum proprium est patri quod naturaliter sine initio
ante secula genuit filium. proprium est filio. quod natura
liter a patre generatus est: proprium est spiritui sancto. quod a patre et
filio procedit. Que ineffabili karitate atque co
operatione eorum consubstantialis eternitas et potes
tas. omnia facit que uult in celo et in terra. Sed quamuis
hec incomprehensibilia atque inexplicabilia ita
ut sunt nec esse noscuntur tamen a nonnullis patribus
corporalium et simul existentium rerum talis simili
tudo proponitur. Inuenimus enim in sole tres istas pro
prietates. Prima est ipsa substantia corporalis quod
sol est deinde splendor eius qui in ipso permanet.
tertio calor qui a splendore eius usque ad nos peruenit.
Et hoc modo. si tamen tante rei potest similitudo
aliqua repperiri arbitror estimanda. ut quod est in
sole substantia corporalis. ita intelligatur in tri
nitate quodammodo persona patris. et quod est in sole splen
dor eius hoc sit in trinitate persona filii sicut apostolus dicit Splen
dor glorie eius. Quod autem est in sole calor hoc sit in trinitate spiritus sanctus. sicut legitur
qui se abscondit a calore eius. Datur etiam aliud exem
plum. incorporalium rerum. hoc est de anima. que ad imagi
nem et similitudinem dei facta cognoscitur. Anima
igitur est ipsa substantia incorporea rationalis. in qua inest
intellectus et uita eius. Quod ergo est in anima substantia.
hoc intelligatur si dici fas est in trinitate persona pa
tris. Quod est autem in anima uirtus et scientia. hoc intel
ligatur in trinitate filius et dei sapientia. Et quod
est in anima uiuificandi proprietas. hoc et intelligatur
et in trinitate spiritus sanctus. per quem uiuificandi opus multis
locis predicatur impleri. sicut ait petrus apostolus in epistola
sua. Mortificatos carne: uiuificatos autem spiritu.
Item apostolus. Littera occidit. spiritus autem uiuificat.
Et in euangelio dominus ait. Spiritus est qui uiuificat. nam caro non
prodest quicquam. Hec autem que diximus tria. singulari
ter sequestrata nullatenus inueniuntur. quamuis in
tellectus noster ea distincta possit aduertere: sed ita
naturaliter sunt unita. ut dum unum horum obtulerit.
simul tria semper occurrant. Sic per has similitu
dines tante rei aliqua nobis imaginatio uerita
tis aperitur. Sunt et hec et alia patrum disputatione
similia. sed quia nec carnis infirmitas ad liquidum ue
tat intelligi. tunc multo prestantius poterunt compre
hendi. quando in maiestate sua diuinitatem uide
runt quicumque beati sunt. Quod qui desiderat plenius ag
noscere: sancti hylarii. sancti ambrosii et sancti augustini
libros trinitatis non desinat lectitare. Hec enim
res ad disputandum quam magna tam longa est.
Nam et beatus hieronimus aduersus hereticos in
hoc psalmo luculenter et breuiter de trinitate
disseruit. Doceam iniquos uias tuas et impii ad te
conuertentur. Quartam partem supplicationis ingre
ditur. ubi cum fuerit auditus. que sit gloria parcentis
ostendit. ut ipse quoque purgatissimus ac gratus
cum aliis ab infidelitate conuerterit. Scriptum est
enim. qui conuerti fecerit peccatorem ab errore
uie sue saluabit animam eius a morte: et operit
multitudinem peccatorum. Duo sunt enim genera doc
torum. unum quod instituit exemplis. aliud quod
uerbis tantum nouit admonere peccantes.
Quod hic utrumque deprehenditur sentiendum. Dicit itaque
quoniam si propheta parcatur delinquentibus spes remissionis
maxima concedatur. Quis enim ad conuersionem non da
ret animum. ubi rex et propheta concesse sibi uenie presta
bat exemplum. Siue illud secundum intelligi potest:
quia liberatus a magno exitio. predicare potuit
gentibus diuersa magnalia domini. quia sequen
tium psalmorum